Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8328
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pulchritudinem sic enim celum
corporale sole luna et stellarum
ornatu ornatur sic anima iusti
iusti ornatur caritatibus virtu-
tibus et operibus bonis unde
bernardus super cantica in celo
spirituali / sol est intellectus /
luna fides / stelle virtutes
et sicut stelle in nocte lucent
in die latent sic vera virtus
est que in prosperis non apparet
lucet in adversis // 2o anima
iusti dicitur celum propter ce-
lestis conversationis celestitudinem
unde predixit Augustinus in de
sermone domini in monte dicit tantum
spiritualiter inter esse videtur
inter iustos et peccatores quantum
corporaliter inter celum et terram
et hoc accidit ex diversitate ef-
fectuum nam affectus iusti est
circa celestia unde illud apostoli
nostra conversatio in celis est
peccatorum autem conversatio circa ter-
rena versatur de quo in
psalmo dicitur oculos suos
statuerunt declinare in terram
3o anima iusti dicitur celum propter
divine inhabitationis sublimitatem
inhabitat enim dominus iustos
quodam modo speciali ut predictum
est et in istis spiritualibus celis
quos inhabitat deus operatur
tria secundum tria que videmus
in celo corporali habet enim celum
in lumine claritatem in motu
regularitatem in virtute fru-
ctuositatem hiis correspondent
tria in sanctis deus enim in
eis illuminat intellectum re-
movendo errorem regulat

affectum ordinando amorem
in sensum influit ad perfectum
ministrando vigorem ex hiis
dictis colligitur quod licet deus
sit ubique tamen principaliter dicitur esse
in celis in animabus eo quod ibi ma-
ior apparet eius operationis effectus
ex magnitudine pulchritudine ar-
monia ordine et habitudine celo-
rum ad inferiora et inter se et
ex hoc quod celos movet taliter
ad salutem mortalium et ad
generale regimen totius inferioris
mundi 2o dicitur ad hunc spe-
cialiter esse in supremo celo scilicet
empireo quod eo quod ibi faciem
sue maiestatis clare ostendit
intellectualibus oculis omnium
beatorum Et 3o est in celis spiritua-
libus videlicet in hominibus celestibus
scilicet iustis et sanctis quos inha-
bitat specialiter quodam modo
nunc per graciam ut in futuro
eos inhabitet per eternam gloriam
quo nos perducat ihesus dominus
noster qui cum patre et sancto
spiritu vivit et regnat unus
deus in secula benedictus
amen

Sanctificetur nomen tuum
In priori parte declaratum
est quis sit qui pe-
titur quia pater noster
et ubi habitat nunc videndum
est que sint res ab eo peten-
de Et ergo in oratione dominica
sequitur sanctificetur nomen
tuum ubi incipit 2a pars
principalis dominice orationis in
qua parte ponuntur septem

291